Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



generatione eiborum ad quę inuocati adsistant demones et infelicem animas capere memorantur. Alii uero iracundias et furores et bella commouere. alii posse inimicitias et inter homines odia concitare. Quia uult quidam apostolus nos docere non ex natura corporis et materia carnis et sanguinis hęc uitiorum generatio pertaesi; instinctu demonum propria autem. Hoc nobis conluctatio aduersus sanguinem et carnem si; aduersus principatus et potestates et reliqua. Ideo autem nunc eorum quia magnis infelicis arabus seruiunt et facere ista prohibentur in medium exempla protulimus. ut retundantur eorum quia putant omnia uitia esse carnis et sanguinis et nulla habere demones potestatem ut nos inuitent ad peccatum. Talem luctationem putamus iacob fuisse quo scilicet non aduersum carnem et sanguinem contendere quando remansit solus et luctabatur cum eo homo adiuuans eum et conroborans aduersus alium sudore nimio dimicantem. Et simul uide ne forte ridiculi sint qui arbitrantur in ritu luctantium tota iacob nocte luctatum. quod etiam grande sicut illi aiunt luctans aut superare aut uinci sit. Si uero rationabile et conuenientem patriarchę luctam talem illi conluctationem fuisse credendum est qualem hii habere possunt dicere. Hoc nobis conluctatio adusus carnem et sanguinem. Hęc necesse est totum ne loci illius exercere sacramentum cum in suo loco plenius si uero disserendum sit Querimus autem ubi in ueteri testamento paulus hęc legerit aut qua auctoritate quę minime scriptas publicarit. Et coniecimus ex his quę de preliis et singulari certamine. uerbi causa. dauid aduersum goliath et filiorum israel contra alienigenas et ceteras gentes scriptas an legit et in libro iudicum et regnorum et paralypomenon altaus intellexisse aplm et spiritale bellum sensisse de carneo. quo pugnantes uicti sint siue superarunt et satrapas quidem unicuique loci supernarum fuisse iudicia potestatum. reges autem gentium singularum imagines eorum qui nec recorres mundi tenebrarum quos dicunt. malos uero homines spiritales nequitiae in celestibus demonstrasse. Et uidetur nobis aplis alius uerbis hęc dicere Ocphesium quia de plus israhelis aduersum nationes legimus uidentur quidem carnem sonare et sanguinem. uerbi gratia. egyptiorum. idumeorum. ammanitarum. moabitarum. et gentium ceterarum. si; si uultis uere scire cognoscere qua